vincipes dicas: sed parvum, ut nulli videatur
plenæ vox hæc græca illam hebream repre-
sentat. Inter alia Mosis prescripta, extat etiam
hoc Deut. 16, 18: *Judices, et monitores sive
apparitores, constitue tibi in omnibus portis,
quas Dominus Deus tuus datus est tibi, per tri-
bus tuas, qui juri administrant populo iudicio justo.*
Unde effici videtur, singulos judices suos ha-
buisse apparitores, sive statores.

Sunt quidam, qui eo loco hoc nomen simpli-
citer, pro magistratu interpretentur. Atqui ma-
gistratus vocabulo etiam judices subjiciuntur,
quos tamen non recte Schoterim vocari putarim.
Sunt enim hi potius magistratus administrati quām
magistratus. Dixi de hoc verbo plura, quia fre-
quens est in sacra narratione. Videntur autem
isti pontificum; aliorumque Judaicorum magi-
stratum apparitores, temporis progressu, ut se
solet venditare ambitio, etiam sacrarum rerum
scientiam sibi arrogasse, et majorem, quā pro
sua functione, auctoritatem usurpassare. Nisi quis
existimare malit, illos scribas, queror in Evan-
gelio frequentissima est mentio, non Επίσης sed
Επίσης, fuisse. Nihil enim definire ausim. Ne-
que nescio qua Epiphanius de scribis tradidit.

Vers. 11. — TRANSITE PER MEDIUM EXERCITI-
TUM, etc. Quo tempore mandata ista ad popu-
lum dedecit imperator suis praenobis, diffi-
cili videatur quibuscum disquisitio, cùm tertius
inde ad transmittendum Jordanem dies presta-
titur. Nam si dedecit, verbi gratia, die septimo
mensis primi, quem nisan Iudei vocant (neque
enim ante dare potuit, ut Hebrei statuant,
cum sexto demum ejus mensis die Mosen
eluxisset populus, qui septimo superioris mensis
oblierat; nam duravit luctus dies totos trin-
ginti, eoque durante alias res, presertim
publicas, agere, nefas fuisse illi putant). Igitur
si dedecit primi mensis septimus, luce simulique
allegati exploratores Jerichontium pervenerint,
atque sub vesperam ad Rabah diverterint, cùm
memoren tur isti ad Rabah dimissi, triduum in
monte latuisse; et exercitus ad Jordanem alterum
triduum consedisse, efficietur, septem, ut
minimum, ab isto edito ad trajectoriem usque
Jordanis esse elapsos dies, aut saltem quinque,
si apud flumen non esse moratos plus quam
noctem unam dicas. Augustinus ergo
non dubitat Josuam, in præfinito hoc triduo,

humane temeritatis rem fecere, quasi non
consulito Deo, nimis fidenter, certum tempus
populo præstiterit. Quia mihi sententia durior
protecto videtur, quod pace divini viri dixerim.
Quis enim credere possit, Josuam imperatore
et sapientissimum, et religiosissimum, in tantâ
rerum omnium difficultate, cùm maxima pa-
rentrum pars esset imbellis turba, neque flu-
men vado transiri posset; neque naves habe-
rentur, et verundam denique esset ne hostis cum
armis ad alteriore ripam occurreret; ipse
autem desiderat esset à Deo iussus, in rebus om-
nibus agendis adire Eleazarum pontificem Dei
oraculum consulturum, et pro divinis responsis
omnia agere; quis, inquam, credit, in hac re
omnium maxima, Dei operum èmum non con-
suluisse? Et potest sane, ut nulli videatur, multò
verisimiliore hic nodus ratione expediri. Nam,
ut ad versiculum primum dicam, cùm Josua,
duolum aut Mosis excessum, esset à Deo im-
perator populi designatus, dubium non est,
quoniam illuc, postquam illum obiisse intellexisset,
tota mente in istam expeditionem intentus,
sedulè ea procuraverit, quæ facto opus esse
putabat, exploratoresque istos imprimit emis-
serit, interea dum populus lugendo Mosis funeri
operam daret, ut credibile sit, que toto capite
sequente memorabuntur a speculatoribus, et
Rabah, ex anti istud edictum esse acta. Neque
enim insolens rès est, in historia sacra, τὸ
τέρτιον, hoc est, ut rerum gestarum
series interrupatur longiore quāpiam inter-
positione. Certè Josephus hoc primum caput
cum tertio conjungit. Scribit enim, imperator
similaque exercitum de movendis cas-
tris per præcōnes monuisse, et triduum tra-
jicende fluminī præfūnisset, edidisse copias
de Sittim ad Jordanem, atque ibi tandem à
réversis suis speculatoribus numerum commo-
dum sanè accepisse. Nimirum ei, ut isti non
tam citè rediissent, transponere tamen popu-
lum certum deliberavisse erat, divini res-
ponsis fratre; verum ego existimare malo,
reversos ad illum fuisse speculatoris priusquam
in triduum proumuntari trajectoriem jubet; hoc
autem cum fecisse die septimo mensis
nisan statuo, cùm plerique Judei. Et hæ
mibi, ut simplicissima, ita verissima hujus
loci explicatio esse videtur. Sed quam potero
pauci exponam Hebreorum sententias. Igitur
R. Isaías, vir sanè doctus, sic scribit: *Nar-
ratur, inquit, exploratores latuisse in monte
triduum; fuerunt ergo emissi ante edictum
de viatico comparando ad populum proum-*

*gatum, durante etiam tum luciu: quo denū
finito, jussus est populus se comparare
transeundum flumen post triduum. Nam
alloqui quintus dies advenisset, priusquam
Josua è Sittim castra ad Jordanem movisset,
cùm illi triduum in monte consumperint,
et insuper diem unam eundo rediendisque,
ut minimum.)*

R. David Kimbi verò sic ferè scribit: *Die
trigesimo post Mosis excessum, qui fuit
septimus mensis nisan, ait Dominus Josue:
Surge, transi Jordanem, etc. Eodemque
die mandavit Josua parari viaticum, quia esset
die decimi nisan trajicendum flumen. Specula-
tores autem emiserat priusquam eluxisset
populus Mosen: ilque revertentes ad impera-
torem die octavo nisan. Nono igitur summo
mane surrexit ille, duxique copias ad Jordani
riparum. Et iussi ut se exparent ad crastinam
trajectiōnem.*

R. Levi Gersonis uno loco sic habet: *Cen-
so, inquit, hoc ab imperatore per præcōnes
edictum esse de viatico comparando, post
quām exploratores ablegasset, cùm isti tri-
dum in monte scribantur se occultasse.
Itaque die quarto et quinto, cùm illi iam
essent reversi, profectus est imperator cum
populo ad Jordanem; et postquam illi per-
noctasset, trajecit. Quin et hoc, inquit, haud
absurdū dicas, eo ipso die, quo per præcōnes
ista edicēbat, ablegasse eum speculatorēs:
verū eum diem haberi non debere pro
tridui parte. Nam illud, οὐαὶ τῷ λαῷ τούτῳ
significat, post triduum ab eo die. Itaque tri-
dum finiebatur tandem quinti diei initio, ab
ilio die. Speculatorēs autem, eodem die quo
emissi fuerant, ingressos Jerichontem, diver-
tientes ad Rabah. Jam verò, quod aut Rabah:
*Læbitis triduum, id esse, ac si dicent, usque
transmittitis Jordani istum.* Die verò tertio
hujus tridui surrexit Josua manū, profectus
que est cum populo ad Jordanem, ibique
per noctūrū priusquam trajeccerent. Postero
die, hoc est, exacto jam tum triduo toto,
transmisserunt flumen; isque dies erat de-
cimus mensis nisan. Sic ille. Exposui bre-
viter quid præcipui Hebreorum magistri sca-*

tant. Nunc paucis cibis ob sacrorum verborum veritatem, quo ordine scripta habentur, toeri, atque defendere, hoc est, docere minime absurdum esse, si existimemus, quo die imperator triduum istud per praecones prestitebat populo, eodem die exploratores eum amandasse. Neque tamen è Sittim versus Jordanem movisse, nisi postquam isti ad se revertissent.

Mosen die septimo mensis ultimi, quem *Adar* vocant, è vitâ exivisse, ut et ortum esse, non solum annibus Hebraeorum, quos *Seder olam*, hoc est, seriem seculi appellant, est proditum; sed etiam à Talmudicis ubi de sponsalibus agunt. Is autem mensis, eo anno, dies habebat tringita, ut scribit Levi Gersonis, philosophus, et mathematicus insignis. Ergo dies sextus, ut nuper dicebamus, mensis nisan finem luctui imponebat. Igitur die septimo sit monitus populus de se comparando ad trajectiōnem post triduum, sicut simul emissi speculatori Jerichountem : facile fuit expeditis viris, sexaginta stadia è Sittim ad Jordānum usque (tantum enim intervallum esse scribit Josephus), et inde quinque passuum milia ad Jerichountem, intra paucas horas conficeret. Neque enim longius esse hoc spatium tradit Eusebius, atque ante vesperam sic satis speculari urbem. Diuerterit igitur ad Rahab sub noctem, atque mox ab ea per tenebras de muro demissi, ad diem usque tertium, ex quo die ad Rahab diuerterant, hoc est, ad eam vesperam usque, quo diem octavum mensis nisan sequitur, latuerint in montibus : prescripti enim temporis numerus apud Hebreos, quando nulla adest expressa praepositio, sēpē ita est accipiendus, ut postrema numeri pars secundatur : quod multis exemplis docet Levi F. Gersonis ; ergo quod ad speculatoris ait Rahab : *Latebit in monte treis dies*, est, ac si dicat : Usque ad diem tertium, quo die vobis integrum erit pergere. Jam verò, eā nocte, que, ut dixi, octavum diem mensis claudet, et secundūm Hebreos, ad diem nonum pertinet, redierint ad imperatorem in castra ad Sittim, et comperta perceptaque exposerunt. Ipso rorū accepto iacto hoc nuntio, manè castra ad Jordānum promoverit; postero denique, hoc est, decimo die, trajecterit. Quid est hic absurdum? aut quid narrationis cursum potest interpellare? Atqui Josephus, inquit, scriptum reliquit, hæsisse Israelitas biduum apud Jordānum, priusquam trajecterent. Verum Josephus aliam sententiam secutus est, putatque exploratores rediisse ad imperatorem apud Jordānum morantem,

totamque proximi capituli narrationem non suo positam esse loco, ut dixi; et tamen nihil vetat etiam ipsum fateri, eodem uno die speculatori abivisse Jerichountem, et monitores viaticum populo imperasse, triduumque præfinitum traiiciendi in Chananaem : dicat enim ille, imperatorem, postridie quād edictum hoc promulgari jussaret, è Sittim movisse. Sed urges, absurdum esse, edici, ut viaticum sibi quisque comparet, nullum autem comparandi spatium dari. Sed responderi potest, illa verba, nihil aliud significare, quam vasa colligere. Sic enim sentit Josephus; neque dissentit R. Salomon. Porro si quis latinum nostrum interpretetur defendere velit, qui non ante triduum post hoc edictum è Sittim discessisse, et ad ripam fluminis alterum triduum esse commoratos Israelitas ait, is parvi pendens quid plerique Hebrei scribant, suis illos annales, quos dixi, secuti, neque certos, neque probatos; cum etiam Talmudici de die excessus Mosis inter se ipsi dissentiant, multique eum non mense adar, qui nisan proximè præcedit, sed sebet, qui ante adar est, obiisse putent; quod etiam Kimhi commemorat; is, inquam, dicat, die tertio mensis nisan monitores apud populum egisse de parando viatico, et trajectiōne post triduum. Eodemque die emissos esse, qui specularent urbem. Cùmque hi reversi essent, die sexto, productum esse populum è Sittim ad Jordānum, ibique tandem die nōno esse monitum, ut se expiatre ad crastinam trajectiōnem. Illud verò, quod intra triduum esse transmitendum Jordānum proclamabant, sic intelligi debuisse, ex illis castris intra triduum, aut post triduum esse versus Jordānum abeundum, ut deinde cum prima occasione transeat in Chananaem. Sed hec ita à nobis tractata disputataque existimat lector, ut primam illam sententiam sciat nobis maximè, et penè solam probari.

Porrò illud : *Parate vobis cibam*, de manna accepit non potest, quod non nisi in diem servare fas erat; et quantum satis eset, quotidie cadebat è celo, quocumque se conferebat populus, usque ad diem decimum quintum mensis nisan, ut post dicetur. Neque enim fides Iudei illis annalibus, quos modo dicebam, habenda est in quibus scribitur, manna cum Mosis vitâ desisse. Sed, ut erat gens illa voluptatibus dedita, non contenta solo coeli illi cibo, delicatis olsonis inhibebat, neque horum moderatè ferre potuit desiderium. Nam testata res est, Moabitæ et montis Seir ac-

colas, cibos illis pretio vendidisse, adeò mature ceperat ipsos coelis cibi fastidium tantum, ut vilissimum etiam astimarent.

Neque hoc dissimulat R. David Kimhi. Scribit enim, ipsi manna panis loco fuisse; *verò* obsonium esse. At R. Salomon, quòd gentiles suos à gule voluptatibus alienos faciat, quasi sola manna contenti vixerint, scribit *verò* hoc loco significare, quidquid ad iter esset opus, et ad instans bellum. A quā sententiā etiam Josephum non esse alienum dixi. Sed insolens est ista verbi ejus notio; quare magis ferendi videntur Talmudici, qui ubi de idolorum cultu tractant, ut ex Eliae Thesbitis scholi profectam, sententiam hanc commemorant. Cūm cibo nullo egerint Israelitæ, cadente etiam tum manna, nihil hic aliud verbo *verò*, hoc est, cibi, debere intelligi, quām male acta vita plementiam, et adversus Deum pietatem, itaque moneri hic populum per appetitos, ut his virtutibus se dignos prestant, qui in terram promissam feliciter trajectant. Ceterum Zeda, quanvis ei propriè subjicitur is cibus, qui venatione, atque indagine captus sit, sapè tamen pro quovis cibo usurpat. Porrò voculam *Beod*, converti, *intra*, quia sic è uitio Jeremias, cùm ait cap. 15, v. 9 : *Occidit sol ejus cùm etiam tum esset dies*. Et in Davidis historiâ, 2 Reg. 12, 22, scriptum est : *Cum puer etiam tum viveret, jejunabam*. Sed si, ut diximus, esse probabile, atque acta fusse statuanus die septima mensis nisan, non fuerit hic ipse dies tridui pars, quod latinum interpretari dicere est necesse, qui reddit : *Post triduum*. Certum est enim, die decimo transiit esse in Chananaem. Porrò illud, *quam Dominus Deus vester dat vobis*, ad informando populi animos certa fiducia, dictum est, atque alacritate. Nam nomine Jehova, pro quo de more, *Dominus*, reddimus, summa Dei potestas significatur : illo verò, *Deus vester*, benignissima, et plus quam paterna voluntas, studium, tutela, cura. Jam verò, ubi voluntas cum potentia ac facultate est conjuncta, nihil tam difficile est, quod non facilè praestetur.

Ad hec, quæ sequuntur, *וְנִשְׁרָאֵל*, et *וְנֶהֱרָאֵל*, ad possidendum pro hereditate, vel iure hereditario, maximum habent ad permovendos populi animos momentum; quippe qui ex iis verbis intelligat, se non ire populatum modò, quāpiam felici excursione, hostiles agros, aut prædam actum, veluti cùm Medianitas débelaret. Nam illiusmodi expeditiones, quamvis secundæ, haud solent diuturna felicitate bearare.

victores, sed sapè sua commoda majoris tandem pensant calamitatibus: verū ire possessum quasi à majoribus sibi jure hereditario relictā prædia, et veluti avita heredita. Nam verbum *וְנִשְׁרָאֵל*, non simpliciter possidere, atque occupare, sed heredita jure teneri, propriè significat. Non igit rectè à latino est præteritum illud *וְנִשְׁרָאֵל*, quasi supervacaneum; sed ille, suo more, secutus est septuaginta Interpretes.

VERS. 12, 13, 14, 15. — AD RUBENITAS VERÒ ET GADITAS, etc. Non satis erat, populum universum per castra à præconibus monitum esse, ut se ad trajectiōndum compararet, nisi duas istas tribus, et dimidiam privatin etiam, et propriè imperator commonefaceret, ut Mosis, aut Dei verius, mandati memoris unā cum aliis traiceret. Cum enim hæc tribus sedes nuper commodas nactæ essent, regna Schonis atque Og, et Gahaadidem universam, auctore Mose, cuius iam fatus functi indignationem non amplius reverenter; credibile est, non nisi seorsim monitos et propriè, non fuisse cum aliis sponte trajectorum flumen. Sed in dulci, et omnibus vītæ commoditatibus affluente nido, apud uxores, liberisque, ac rem suam familiarem mansuros; presertim cūm non ignorarent, eas suas possessiones novas, à viciniis, iisque potentissimi hostibus non esse sat tutas. Sed enim digna est observatione prudentissimi principis Jesuæ modestissima in illi monendis ratio. *Memores*, inquit, *estote ejus rei, quam mandauit vobis Moses, seruos Domini*. Potuisset quidem ipse, pro imperio, illos compellere, et nisi parcerent, etiam jure accepta illa à Mose hereditate exure; hic enim tum demum ratam firmamque fore donatiōnem volerat, cūm ipsi subsidium, quod ultrò fratribus suis promiserant, prorsus præstisissent. Potuisset etiam meritò hæc sua ipsorum promissa, in ipsis ingere, et eorum commemoratione sola, debiti ipsis offici acriter et doriter commonefacerere. Sed ille nūtūl amicum monitorem, quam severum imperatorem agere: contra sanè atque nūne magistratum pars maxima assulet. Nonquā enim isti imperio suo abutuntur insolentius, majoreque cum fastu, quām cūm primō imperare incipiunt. Nihil ille superbè mandat, sed Mosis mandatum ipsis revocat in memoriam; et ut id quoque durum, utpote hominis in homines, videri non possit, nominat illum Jehova, hoc est, Domini Dei servum; quasi dicat, non tam Mosis illud, quam ipsius Dei præceptum

fusse. Cum porro illa jussa ad rem accommodare pergit suis verbis, inquiens: *Dens reter dat vobis quietem, et quae sequuntur proximis duobus versiculis, initio statim quæ illis jucundissima gratissima auditu sint, commemorat, quò sibi ipsorum animos conciliat. Qui enim illis potuisse esse jucundius recordatione donata: sibi ab ipso Deo nuper amplissimæ, et uberrimas hereditatis? Quid acceptius atque suavius quam uxoris parvulæ liberis, et pecudibus integrum posthac fore optat diu quiete frui, domi sua? ubi verò ulterius ad id ventum est, quod mordere ipsorum animos possit, hoc est: *Sed vos pergetis balteis succincti*, etc. Tam id absolvit paucis, tamque citò ad ea quæ acerbum hoc rursus lenient, transvolat, ut veluti uno hiato et ferire mentem ipsorum, et sanare videatur. Sic enim transeundum illis in Chananeam esse pronuntiat, ut simul ad perpetuam quietem reddituros promittat. Ille profectio est, leniter quidem, sed tamen cordate imperio uti, tantà cum suavitate parentes ad officium impellere. Ceterum historia quæ hoc loco attingitur, perscripta est toto capite 32 Numerorum: illine repeat lector. Non recitat quidem Josua nisi ipsa Mosis verba, sed ex eis suam ipse motionem, magno, ut jam ostendi, artificio contextit. Quare illud, *dicens, sive dicens,* quod versiculo decimo tertio scriptum est, non quidem loquenter Mosen facit; sed que deinceps sequuntur, ex Mosis sententia dici ostendit. Porro infinitus modus **לְלִכְדָּה**, pro mandativo **לְלִכְדָּה** positus est; quali figurâ sapè utuntur Hebrei. Nominis **לְלִכְדָּה** subjiciuntur pueri pullæque minores annis viginti, ut scribit R. Abraham, filius Ezre.*

Usurpar autem feré numero singulari, ut collectivum, pro plurali. At Synnachus hoc loco **לְלִכְדָּה**, onus, est interpretatus; volens, opinor, significare, ea quæ impedimenta vocantur apud milites. Videor enim meminisse. Se piug, quoque sic aliquando esse interpretatos id verbum. Nomen, **לְלִכְדָּה**, pro quo dixi, *peccates*, est ab acquirendo dictum, ac si opes, facultatesque partas dicas. Et quia veteres illi et prisci homines laboriosissimi frugalissimi que has in pecunia fere habeant positas, idèo plerisque pro pecudibus majoribus minoribus usurpat hoc nomen, qui prorsus simile est grecum illud **χειρ**, quod pro eo Septuag. reddiderunt. Parum ergo plene *jumenta*, dixit latius. Ille enim ea sola animalia esse videntur, que jugula subeunt, la-

boreque et molimina nostra adjuvant. Porro quid *Hamusim*, quod interpretatus sum, *succincti*, significet, non emendat habent Hebrewi omnes opinionem. Plerique, cum Chaldae, armatos dici existimant, ab *Homes*; quæ ea corporis humani pars est, in quâ costa quinta locatur; in historiâ Abrah. Septuag. illuc **ψέρων**, hoc est *lumbum*, sum interpretari: arma enim, inquit illi, ad eam fe' partem usque tegunt corpus. Et sane ab *Homes*, hoc est, lumbis, dici *Hamusim*, planè est credibile, cùm videamus *Haluzim*, ei prorsus geminum esse, si et formam, et notationem species, quod nomen à *Haluzim*, hoc est, lumbi, fornari, certissimum est. Sed an ista, *Hamusim* dico, et *Haluzim*, armis contextos ad quintam costam, aut ad lumbos usque significant, an verò succinctos balteo militari, non sat possum constituere: Aquile prius placet; septuaginta Interpretibus posterioris: ille enim *ἰπερτίταρος*, isti *ἀράς*, convertunt. Sed sane *ἀράς*, hoc est, succincti, magis mihi placet. Nam usitatum est in *scāra* historiâ, cinctis lumbis significare *expeditum robur*, atque alacre et paratum studium, strenuamque fortitudinem. Et unde, queso, per tot annos miserâ oppressis servitio hominibus tanta armorum copia? Sed dicas fortassis, hostiles exercitus fuisse. Multis enim inde ex *Egypto* victoriis fuerant potiti, et præsertim nuper adeò adversus duos reges, Schenom, et Og, atque adversus Madianitas. Atqui non videntur mihi illi sacra gentis existimatione satis consulere, qui eam tanto se studio loricasse putant; debebat enim Dei præsidio satis fidere, ideoque non equis quidem contra hostes uti et licet, ut post videtur. Sed sit sua enique libera sententia. Sunt etiam qui *כְּבָרְבָּרָה*, sic interpretentur, quasi quinis viris ordines agminis densati fuerint. Sed hanc ego opinionem repudio prorsus, propter nomen *Haluzim*, similitudinem, cum hoc ab illiusmodi notione sit alienum. Illud *וְאַתָּה לְלִכְדָּה* converti, *co-an fratribus vestris*, potius quam, *ante fratres vestros*. Non enim existimo, ut Septuag. et Latinus sensisse videntur, has duas tribus et dimidiam in primâ acie ubique adversus hostes consistere debuisse, et fratrum suorum veluti propugnatores, et antesignanos fuisse, sed socios potius. Neque memini in omnibus bellis chanaonicis id factum usquam memorari. Et nihil usitatum in lingua sc̄riptâ ut **לְלִכְדָּה**, non locum anteriorum, sed presentium significet. Ad hoc, videmus hic passim, coram *Domino*, et *oram fratribus ve-*

stris pro èdēm re usurpari. Igitur, quod ait imperator: *Vos pergetis cincti coram fratribus vestris*, est ac si dicat: *Vos aderitis vestris fratribus expediti ad pugnandum, et socia arma cum illis conjugentis. Quod traduxi, viri militares, est hebreæ, viri fortæ, et ad bellum gerendum idonei. Sed non est existimandum eos omnes qui militare possent, ex istis duabus tribubus et dimidia, nomen dare debuisse. Certum est enim ex nuperâ recessione, fuisse maturos militiæ, Rubenitarum quidem quadrages et ter mille, septingentes triginta; Gaditarum verò, quadragies mille et quingentes; denique Manassitarum, quinquagesies et bis mille, atque insuper septingentes. Et tamen non plures quadragies milia dicentur ex omnibus simul istis tribubus suppetias fratribus suis tulisse. Ergo illa universitas nota, omnes, significat quidem, nullos nisi militares, in hanc expeditionem fratres comitari debere; verum non eos omnes, qui sunt militares, debere comitari. Quia porro versus 15 promittit imperator, ea videtur, si volet Deus, suo tempore bona fide prestari. Illud: *Versus oratum soli*, additur ad significandum Galadatidem, sicut alibi, versus occidentem, cum Chananea ostenditur; qui vox *trans*, ad utramvis ripam fluminis accommodari potest.*

Vers. 16, 17. — RESPONDENTI AUTEM JOSUÆ DUCENTES: OMNE ID, etc. Apparitor præconio monita fuerat universa multitudine, de moribus castris, trahiendiisque intra triduum Jordane. Proprie autem, et seorsim Rubenitas, Gaditas, et Manassenses imperator monerat, ut jam audivimus. Itaque hoc responsum, ego certè, non istarum trium, sed omnium simul tribuum esse existimo: quem jam per suos tribunos, aut alias princeps autoritatis viros Imperatoris allegatos, solenniter ipsi deferunt imperium, et suam obedientiam, atque obsequium; non in iis modo, quæ jam imperata sunt ab illo, sed in omnibus, in quibus aquim est parentes suo imperatori esse morigeros. Planè enim constitutum omnibus esse, Mosis, hoc est, summi imperatoris loco illum habere, neque minus, atque hunc ante, revereri. Nimirum perspecta fuerat omnibus Dei voluntas in designando Josuam Mosi successorem: neque Dei solam, sed ipsius etiam Mosis. Nam palam pro conceione, imposita Mosis manu ejus capit, fuerit dudum, sic jubente Deo, consecratus imperator, tum que ad hoc pertinent mandata, ea ab ipso Deo, ex nube,

populo inspectante, et responsa sacra audiente, accepérat, ut ante ex Numeris et Deuteronomio docuimus. Ad huc, recordabantur prœcul dubio verborum Mosis, atque adeò Dei ipsius, cùm illi diceret Deut. 18, 15 et 19: *Prophetam ex te, ex his fratribus, talēm qualis ego sum, suscitat tibi Dominus Deus tuus: ei obediet;* hic verò subjecerat: *Quisquis non obedierit verbis meis, quis loquetur ille prophetæ meo nomine, ego vindicabo*, ut jam nullus ipsi relietus videatur fuisse tergiversandi locus. Etsi enim ista de Christo præcipue dicta sint, tamen ad ipsum etiam Josuam ut Christi typum, formamque pertinere, docuimus ante ex Justino. Et tamen haud non vulnus mereatur tanta multitudinis tam concors obedientia, præsertim alacerrimo promptissimo animo delata. Plane enim ex ipsis penè singulis responsi verbi hilare ac hubentissimum parenti studium intelligi potest. Ubique enim notata universitas, *omnia*, in ore habent, ut prorsus nihil fore significant, in quo sint ipsis justissima imperium detrectauri. Et illius obedientia comparatio, quam Mosi præstiterant, non precium, et in quibusdam modo rebus parenti modum significat; sed magis perfectum, plenum, prolixum. Propontit enim Mosis, tanquam omnium maximi imperatoris exemplum, et quem nullus possit autoritate anteire. Nam pro iis quæ in Deuteronomio extreme scripta sunt, nemo adhuc vixit apud Israelitas, Deo tam familiaris, tantique prædictus potestate, ac tot tantisque prodigia editis clarius, atque Moses fuit.

Sed dies, illorum adversus Mosen obedientia minimò fuit *ἀνεξάρτητος*, adeò ut aperte sepræ rebellio videri potuerit. — Atque universa illa generatio contumax, ut loquuntur sacra historia, jam interierat per solitudinem. Ad huc, si quis unquam vel digitum movebat, aut hiscebat contra Mosen, illuc nosce penè prestò erat. Cum ergo nemo illi rebellari impune, hanc absurde, obedientia ipsi integrè illibatèque præstata censemur. Neque vero hic Israelite se de obedientia jactant, quod latina tralatio, mendosi profectio, expressit; sed potius quantum Mosi obedientiam debuerint ingenue fatentur, ac tantam Josuam pollicentur; debuerant autem illi summam, cùm, ut dixi, nisi summam præstabant, continuò dabant supplicium. Atque hanc istorum verborum esse veram sententiam, patet factis versiculis postrem, cùm aiunt: *Quisquis fuerit rebellis, et quæ sequuntur*, Ceterum in his verbis: *Sit Dominus Deus*

tus tecum, ut fuit cum Mose, vobum est, meo iudicio, nihil ad institutum de obedientia sermonem pertinens; sed quae animi leti affectio expressit abrupte, occasione nominati optimi omnibusque chari imperatoris Mosis, qui sperat vivis excesserat. Et quia aliqui vota fieri assolent a populis, cum suis principibus imperia deferunt, aesi dicant: Ceterum optamus, ut Deus tuus, qui te nobis principem dedit, qui te tam benignè nobis audientibus ex nube est allocutus; qui te spiritu sapientiae amplificavit; cuius tu in hoc imperio es minister. Mosisque successor; ut Deus ita omnia prosperet tuo imperio, ut Moses imperio prospexit; cui cum nullo hoste res fuit unquam, quem non, illius ope fructus, facile devicit. Est autem hoc loco observanda optantis populi proba religio, qui Moses omnem felicitatem, non eius fortunam, sed Deo acceptam referunt, neque Josuam porrò posse ras prospere gerere, nisi hujus ope adjutum, agnoscunt. Si quis autem ista ad propositum obedientia materiem attinet, euidem cum eo non pugnabero. Neque enim à vero aliena fuerit sententia, si quis dicas, eos perpetuum obsequium Josue, quale ante Mosi presriterant, policeri, modo ut si illius imperium à Deo dirigitur, ne quid aut imperare, aut aggredi in animum unquam inducat, quod non sit legi voluntati que divinae consentaneum, sicut Moses actiones omnes à Deo gubernabantur. Itaque vocula p̄, exceptivè, ut sic dicam, erit interpretanda. Promittunt enim, si istam sequitur sententiam, præcisò obsequium, quatenus à Deo ipse imperator non desicerit: neque alii quam recta atque utilia, et cum legi Dei conjuncta prescripsierit. Et sanè hunc sensum amplexi videantur Talmudici: in eo tractatu, quem Ἐνδρῶν appellant, capite decimo tertio; quos sequuntur R. R. David Kimhi, et Levi F. Gersonis. At objicit aliquis: Notum est illud D. Petri, parendum esse non solum bonis et æquis, verum etiam pravis dominis. Et si parentibus permittatur in dominorum mores, vitamque inquirere, vix unquam eniūquum defore quo suam excusat contumaciam. Verum non iam agitur de vita principis privata, sed de ipso imperio. Illa enim quales sit, parentium non interest; at hoc, si contra rem publicam, contra religionem probam, et in summâ, contra ius fasque exercetur, non debet aliorum hominum obsequio adjurari. Sed hoc hactenus. Parcissimè enim illiusmodi locos communes tractare constituì, ne videar otio abuti.

Sequitur in ordine verborum: *Quicquid rebelli fuerit ori tuo*, etc. Jam redeunt ad interrupsum voto sermonem de obedientia. Quisquis, inquit, vel contra atque tu jussoris, egerit, vel aliquid eorum non egerit quæ tu mandaveris, occidatur. Ostendit ergo perspicue hic locus, quantum ad parendum alacritatem pre se ferant: et simul illam à Moses imperio prolatam similitudinem, significare summan, et, ut sic dicam, capitalem obedientiam. Tam enim certè, verè, atque ex animo obedientiam se promittere ostendunt, ut ultrò capitulum periculum sibi statuant ipsi, si usquam fallant; similiiter atque Moses rem publica gerente, capitalis frus fuit, et non paruisse. Discimus ergo, eos qui imperata non faciunt, multoque etiam magis qui contraria faciunt, imperiunque legitimam demunt, morte mulctari a justo magistrato posse. Sed neque hunc locum communem persequar longius, disputum aliqui à multis copiosè.

Illud, *ori tuo*, transnominatio est, ac si das: Verbo tuo; ut redditum à Chaldeis est. Postrema illa pars: *Ceterum esto fortis et firmus*; aut vobum est; quale illud, quod nuper explicabamus; aut horatio, quā universa multitudo per suos allegatos, quanvis sponte suā currenti principi, calceria tamen subdit: aut potius, quā se illius fortitudini, toti animali asserviratum declarat, q. d.: Tu modò sis forti et fideinte animo, in nobis nūlī desiderabis; nos olicem erga te, ut imperatore nostrum, ubique conservabimus.

R. Levi F. Gersonis, sic explicat ista: Modò ut sis fortis firmusque in administrando imperio, secundum legis Dei prescripta. Neque enim, inquit, si jussisset imperator ullam violare, obtemperandum ei fuisset, nisi si pro tempore res ita postulasset. Et hic rursus ille Talmudicos sequitur. Ille enim eo, quem modò indicabam, loco, dum ita verba tractant, disputantque, statuunt, partculam p̄, qua hoc loco scribitur, exceptionem significare. Neque verò absurdum videri debet, quod fortitudo in observanda lege collocatur. Sic enim superiorius, vers. 7, ipsum etiam Deum loquentem audivimus, cùm diceret: *Prorsus esto fortis et firmus, ut obserues præstare universam legem quam imperavit tibi Moses*, etc. Nec est sanè privata illa, et veluti domestica fortitudo, qua in cuiusque animo iustus obstat, virtutem defendit, militari fortitudine inferior, sed longè etiam superior existimanda, quippe sine qua fortitudo illa bellicia nunquam fructuosa, s̄p̄

autem noxia est. Sed profert R. Levi alteram quoque sententiam, quasi iubeat populus imperatorem capessere rem publicam, ne ea gubernatore orba, post Mosis excessum fluctuet. Et hactenus explicata à nobis ea ferè sunt, quæ primi capite continentur. A quibus prius quā discedamus, persolvenda est subdilectilis, ut videtur, questio, quæ hoc loco existit, cum opus sit Rubenitas, Gaditas, et Manassenses, quibus sajā hereditatis attributa cīs Jordanem est, trahiēre cum ceteris suis fratribus armatos, et tanquam suppeditas ferre ipsi, ad debellandum Chananeos: quos se profligatum Deus ipsi s̄p̄ est pollicitus; et, ut audiemus, erit totius belli præsentis tunicaceptor, tun confector. Ad ista responderi recte posse puto, nihil illorum quidem viribus opus esse, ad exterminandos veteres terræ incolas, habitatoresque, qui divinis strategatibus magis quā armis superabuntur. Neque verò etiam idē solūm voluisse Moses, divinorum consiliorum interpretetur, ut fratribus illi suis adessent, quia Deus, eti per se ipse satis pollens potentes est, tamen humanas res opera ferè hominum administrare assulet; sed multò magis, quia antequam et Victoria hello, et respub. hæreditatem divisione, ac denique religio arca collocatione, sacrorumque rituum facti initii constituta essent, dividi populus, absque magni dignitatis, non potuit. Primum enim ea res mutuus inter se animos plurimum abalienasset; si ille tribus fortunas suas in communionem magnorum, ut videbantur, periclerorum, quæ restabant, conferre noluisse, statuissent nullam sibi societatem, communis utilitis causa, cum illis esse debere, quorum res nondum satis certa erant. Ea verò abalienatio sensum legum, et sacram communionem, quā tanquam unius ejusdem civitatis cives inter se omnes conjuncti fuere, dissolvet; porro haec subtilia prorsus distractis et Ecclesiæ unitatem, atque adeo Ecclesiæ ipsam evertisset; quippe que nisi una est,

CAPUT II.

4. Misit igitur Josue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito, et dixit eis: Ite, et considerate terram urbemque Jericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris hereticis (1) nomine Rahab, et quieverunt apud eam.

(1) Vox hebreæ τύπη, juxta nonnullos hic copiam, non meretricem significat. — Vox τύπη apud Septuaginta utramque habet interpretationem.

nulla est. Deinde cum sacra arca omnino in Chananeam inferri deberet, ob causas quas opportuno loco explicabimus, non potuerunt illi eam, tanquam Deum ipsum, deserere, prius quā locum suum cepisset; in quo sibi Deus vellet sacrificari, cum quia ipsis quoque nosquam alibi sacris operari fas esset; tum maximè, quia cūm vera religio non legis et iudicis, sed pietate hominum, et quādam conjunctione, quæ ipsis cum Deo est, optimè conservetur, si illæ tribus, sui commodi causa, Deum, veluti adhuc peregrinarent, et ad suos hostes transuentem, descernissent, fieri vix potuisset, quin ea res, quādam neglecti officii opinione, ipsos deserentes, patrum à sacro illo delubro, et proprie à debitis ritibus, et cultu legitimo avertisset. Ita est enim ingenium hominum, ut quem suo peccato offendunt, cum minus amare, s̄p̄ etiam fastidire, et porrò sensim odisse incipient, presertim si illiusmodi est peccatum, ut ejus non facilè ipsos possit penitire. Prater istas autem causas, haec quoque affterri potest, verendum fuisse ne si in transendo tergiversate fuissent iste tribus, sū illi retractione locum aperuisserint totius populi diffidentia: ex quā deinde nova occupanda Chananeæ dilatio, erroresque vel superioribus pernicio- siores fuissent consecuti. Quamvis autem hoc in crimine magis ponit debuisset illis, qui præ magna fiducia sūc inconstantiā, tam facile in aliena culpā fuissent offensi, tamen Moses hac ratione potissimum in istis tribibus objurgans diū videtur, cūm hæreditatem sibi cīs Jordanem assignari illas postulant. Nimurū Moses magno studio omnem ubique orationem ad vulgi captum, popularemque intelligentiam accommodavit. Haec autem postrema causa quām superioris magis perspicua est; inō verò ex illis, que nuper adeo cum omnium malo maximo acciderunt, planè evidens, et ante omnium posita oculos. Sed haec quoque ha- ctenus.

CHAPITRE II.

1. Josué, fils de Nun, crut qu'avant de passer le Jourdain et d'entrer dans le pays ennemi il était de la prudence de le faire reconnaître. Il envoya donc secrètement de Sélim, où tout Israël était campé, deux espions, et leur dit: Allez, et reconnaissiez bien le pays et la ville de Jéricho. Ils partirent du camp, et arrivèrent à Jéricho, ils entrèrent dans la maison d'une femme débauchée, nommée Rahab, et se reposèrent chez elle,